

L'onestà non conosce eccezioni

Pythagorae discipulus a sutore calceolos emerat sed, nummos in sacculo non habens, aes alienum (debito) fecerat. | Postridie ad sutoris tabernam adiit, sed ianua clausa erat. Diu ostium pulsavit sed sutor non respondit. | Denique vicinus virum expectatione fatigatum vidit, et de fenestra prominens exclamavit: | «Amice, noli operam perdere! (non perdere tempo) Sutor enim heri nocte periit». | Tum philosophus, pecunia in sacculum reposita, laetus cogitabat: | «Nunc habeo et calceolos et nummos: hominum fortuna caeca est!». | Tamen intempesta nocte, e somno excitatus, laetitiam suam vituperabat, | denique, conscientia excruciatu (sopraffatto dal rimorso), mane ad tabernam rediit et ante ianuam exclamavit: | «Mihi (per me) sutor vivit et iure (avv. = a buon diritto) nummos suos flagitat!», | deinde per claustrum laxum nummos in tabernam immisit.

Una falsa notizia

Occidente sole, Alexander, Darei insectatione fatigatus, | quod nox adpetebat, in sua castra rediit. | Deinde amicos ad convivium invitavit et iam omnes consessuri erant (stavano per sedersi), | cum repente e captivarum tabernaculo lugubris clamor lacrimis permixtus convivas conterruit. | Rex subiti clamoris causam e custodibus quaesivit, | quia etiam matrem uxoremque Darei deflentes atque ululantes cum aliis mulieribus captivis audiverat. | Quidam (un certo) miles ad tabernaculum ivit et regis percontationi respondit: | una inter captivas Darei amiculum, a rege fugiente abiectum et ab Alexandri milite repertum, agnoverat. | Itaque cogitaverat: «Profecto (= avv.) amiculum regi interfecto detractum est!» | et falsum Darei mortis nuntium matri uxori regis attulerat.